lis euisdem Scripti manualis Conditionibus, punctis, clausulis, articu-
lis, Vadio, ligamentis, ac nexibus in universum omnibus eidem No-
bili Alexandro Koblanski ipsiusq posteris firmiter tenere, comple-
re, exequi, ac inuiolabiliter obseruare, omnibusq et singulis eius-
dem Scripti manualis contentis tam in toto quam in quavis minima
parte toties quoties opus fuerit satisfacere, scriptum praefatum ma-
nuale, ad Inscriptionem praesentem Roboratoriam, et Inscriptionem
praesentem Roboratoriam ad praedictum scriptum manuale Vicis-
sim in toto referendo. Idq sub Vadio summae Viginta floren.
polon. per eundem Recognoscentem vel eius Successores supra me-
morato Nobili Alexandro Koblanski vel eius posteris ob non
complectionem Contentorum Scripti praefati manualis omnium et
singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus
fuerit ad soluendum succumbendo. Pro quo quidem Vadio mo-
de praemisso ad soluendum succubito, ac pro re aliqua principa-
li ex contentis Scripti eiusdem manualis non completa com-
plenda, Citatus existens memoratus Recognoscens Nobilis
Remigianus Sozanski Woronicz, sive eius Successores, ad Instan-
tiam praefati Nobilis Alexandri Koblanski vel eius posterorum
ad Officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliense, extunc reces-
su suprascripto quoad respondendum spectat mediante, semper in
primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare Iuri parere
respondere, Vadium praetactum luere, Inscriptioni praesenti satisfa-
cere, ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos Suc-
cessores ad eadem omnia inscribit et obligat praesenti, illum Ter-
minum primum peremptorium et alios omnes exinde consequen.
Causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate,
pro maiori minorennitate Successorum praescribantur expedien.

# Koblanski Sożanskie Quietat.

2426

Comparens personaliter coram officio et Actis praesen Castrensibus Capitanealibus Praemysliens Nobilis Alexander Koblanski sanus mente et corpore existens, a Terris Districtibus, Juribus Jurisdictionibus[que] suis quibusvis proprijs et competen recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni quoad actum hunc attinet secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subijciendo palam libere, publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Nobiles Remigianum Sozanski Woroniecz et Annam Baranieckia Coniuges legitimos, eorum[que] posteros, de protestatione contra per se Recognoscen contra eosdem Nobiles Sozanskie Coniuges ratione per ips tempore in protestatione expresso non contentos antenioribus iniurijs, damnis, et violentijs sibi Recognti diversimode illatis, fundi certi sui Recognoscentis Juribus subiecti in bonis Villae Sozan consisten vi et violenter superaggressionis, ex eodem[que] fundo Tritici Capulanum viginti receptionis. Deinde in alium fundum sui Recognoscentis proprium et haereditarium consulto et de industria pecorum diversi generis impulsionis, ijsdem[que] pecoribus graminis plusquam in duos acervos faeni colligendi depabulationis, necnon avenae plusquam ad Quinquaginta sexagenas plus depabulationis, plus conculcationis et in nihilum redactionis, aliarum[que] violentiarum et iniuriarum atq[ue] damnorum illation et operation coram Actis Officij praesen factorum fusius praemissa obloquente necnon de Cancellatione effractionis [illegible] Recognitem ijsd supplicis Nobilibus Sozanskim Coniugibus ad eandem Protestationem more suprascriptorum ad Officium praesens Castri Capitanealis Praemysliens instituta et intentata, et in quovis puncto et gradu Juris dependens necnon de omnibus praetensionibus ad eosdem Nobiles Sozanskie Coniuges habitis ac in diem hodiernam interveniens ob plenariam et sufficientem praestitam satisfactionem Quietat emittit, dimittit liberos[que] et absolutos perpetuo pronuntiat.

Protestationem

Protestationem eandem nec causam et actionem praefatam omnesq[ue] praetensiones suas ad diem actus praesentis intervenientes in toto et per omnia cassat, mortificat et annihilat sibi suisq[ue] posteris ratione praemissorum perpetuum imponendo silentium.

# Sozanski alteri Donat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesen[tibus] Castrensibus Capitanealibus Praemyslien[sibus]. Nobilis Remigianus Sozanski Woronicz, Nobilis olim Basilij Sozanski Woronicz filius, sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus Iuribus, Iurisdictionibusq[ue] suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemyslien[si] Iurisdictioni quo ad actionem hanc attinet seseque successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit, Quia ipse suo et Nobilium Demetrij Sozanski germani et Ilia Sozanski Pawielis fratrum suorum pro quorum rati habitione cavet ac se praesentibus inscribit nomine Bona sua propria et haereditaria infrascripta, Videlicet Czterecne Zarosoka cum libera extructione obstaculi alias Jaz in torrente seu fluvio Sozanka dicto in bonis villae Sozania Terra et Districtu praeten[sis] Praemyslien[si] iacen[tis] et consisten[tis] cum omni praemissorum Iure Dominio proprietate tituloq[ue] haereditario, cumq[ue] omnibus et singulis bonorum eorundem utilitatibus, fructibus proventibus redditibus commodis emolumentis obventionibus, attinentijsq[ue] et pertinen[tijs] generaliter universis, nihil ex praemissis Iuris Dominij proprietatis, ac quibusvis competentia et praerogativa prose Recognoscente suisq[ue] successoribus, aut quopiam alio reservando seu excipiendo, verum prout praemissa omnia ipsemet Recognoscens tenuit habuit et possidebat, ipsumq[ue] concernebant, ac eidem legitime serviebant, Iam exnunc et defacto Nobili Ioanni Sozanski Hrynicz, olim Nobilis Iacobi Sozanski Hrynicz filio eiusq[ue] posteris Dedit donavit inscripsit et resignavit. prout praesen[tibus] dat, donat, inscribit, et resignat perpetuo et in aevum. In quae quidem bona suprascripta praemissaq[ue] omnia praesens per